



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

25. An ad lucrandum lubilæum sufficiat, quod commutatio jejuniorum ex  
justa causa fiat, verbi gratia, Feria quinta? Et an potestas commutandi  
opera lubilæi, ita se extendat ad præterita, ut possit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)



ponentis poenitentiam, censendum est votum fuisse emissum, & poenam pro eo die à Confessario fuisse impositam eo modo quo servari solent ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto; ex qua doctrina videtur inferendum hoc ipsum de ieiunio Iubilæi, cum eadem sit ratio in hoc de ieiunio ex voto; aut poenitentia, ac de ieiunio Iubilæi. Et hanc opinionem ante Bardi docuerat doctissimus & amicissimus Pater Gobat *in suo erudito tr. de Iubilæo c. 28. q. 75. n. 101.*

Sup. hoc inf. in Ref. 34.

5. Non desinam hic obiter adnotare quod docet Quintanaducñas de Iubilæo duarum hebdomadarum c. 8. n. 13. [Si vno fuerit hecho voto de ayunar, ò el miercoles, ò Viernes, ò Sabado, ò todos los tres dias de la semana que gana el Iubilæo, ò se lo fueran dado en penitencia, ò por otro qualquier camino estuiera obligado à ellos debaxo de pecado mortal, cumplia con estos para el Iubilæo. A que añado que si vno tenia obligacion à ayunar estos dias en la primera semana, y no en la segunda, ò al reves, puede dexar el ganar el Iubilæo para la semana en que ita obligado à los ayunos, aunque lo haga con fin de cumplir con vnos mesmos ayunos con ambas obligaciones, y evitar el trabajo de los otros, porque entonces vfa de su derecho segun la sententia, que con Fagundez, y otros Doctores sigue Diana *part. 1. tract. 9. ref. 8. & 19.* Que vno puede por evitar el ayuno dexar el lugar donde obliga, y ir donde no obliga, y referuar para el dia de ayuno la obra trabajosa, que le escufa del aunque la pueda anteponer, y posponer.] Hæc Quintanaducñas. Qui etiam *num. 14.* me citato admittit tanquam probabile, quòd si aliquis ieiunasset nesciens Iubilæum promulgatum, quòd hoc non obstante illud lucraretur, præsertim ait ille, [si vno tuiera vna intencion, ò proposito, ò concierto general hecho con Dios N. Sig. (que fuera bueno hizissen todos) de que su animo, y voluntad es hazer todas sus buenas obras con intencion de ganar todas las Indulgencias, y Iubileos, que à ellas applicaron los Pontifices, y de que el, y ellas son capaces.]

Que hic sunt inf. in tr. 6. Ref. 44. & 45.

Quintanad. cit. Dian. in p. 4. tract. 4. Ref. 24. que hic est inf. in tract. 5. Ref. 19.

6. Sed magis genera iter nostram sententiam docet Ioannes Pontius *in cur. Theol. disp. 46. quæst. 15. concl. 4. num. 189.* vbi sic ait: Non est necessarium, vt quis sciat Indulgentiam concessam propter opera bona, sed sufficit, quòd ponat illa opera; Ita tenet noster Portel, & post eum Cardinalis de Lugo. Ratio est, quòd nihil impedit quominus Ecclesia dispense thesaurum Ecclesiæ facientibus talia opera, siue sciant Ecclesiam id fecisse, siue non. Ita ille.

#### RESOL. XXV.

*An ad lucrandum Iubilæum sufficiat, quod commutatio ieiuniorum ex iusta causa fiat, v.g. Feria quinta?*

*Et an potestas commutandi opera Iubilæi ita se extendat ad præterita, vt possit Confessarius electus commutare omnia, & singula opera omissa? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 15.*

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Iulius Laurorius *tr. de Iubilæo p. 1. cap. 21. num. 35.* vbi sic ait. Hæc commutatio à Confessore debet fieri feria quarta non autem aliis diebus sequentibus, ne dicatur commutari præteritum, quod amplius fieri non potest. Quod si quis in prima hebdomada non ieiunauit ob impotentiam, si venerit die Dominico ad confitendum, vt dicat tale impedimentum, & impotentiam, videtur per supradicta quòd Confessor non possit commutare in alia opera pia. Ita ille, & ante illum Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 165.* vbi ita asserit. [Se ha de notar que la commutacion del ayuno, y de las demas cosas se ha de hazer por el Confessor, no en el Viernes, ni en el Sabado, sino en el Miercoles, porque la commu-

tacion es de cosa, que vna persona deue hazer, y està obligado à ello para efeto de ganar el Iubilæo; y esta que no puede hazer la commutacion que pueda hazer y por esto no se dize commutar lo ya pallado, y que no se puede ya hazer por tanto dizen hombres doctos que si el penitente tuiere casos referuados à la Sede Apostolica, y fuera la postrera semana del Iubilæo, que no es cierto que le puede absolver no le auiendo hecho la dicha commutacion; empero no teniendo casos referuados bien le pueden commutar, pues en este caso no ay peligro, y no basta vn inconueniente que algunos ponen, conuiene à saber que puede el Confessor commutare el ayuno en el Miercole, y despues no le puede confellar, porque à esto respondo, que basta auerle eligido para este efeto, y si despues no pudo o no quiso confellarle, esto fue cosa accidental.] Hæc Rodriguez.

2. Sed ipse meriti ibi contrariam sententiam probabiliter vocat. quam ego absolute teneo cum Pollacho de Iubilæo *sect. 42. n. 6.* Leone de Iubilæo *p. 2. n. 15.* Angelo Bossio de Iubilæo *sect. 1. cas. 38. n. 8.* Henriquez *lib. 7. cap. 10. n. 6.* & Filliucio *tom. 1. tract. 8. c. 10. n. 27.* vbi quærit an potestas commutandi opera Iubilæi ita se extendat ad præterita, vt possit Confessarius electus commutare omnia & singula opera omissa, & responderi affirmatiue, quod magis clarè apparet ex sequenti resolutione.

#### RESOL. XXVI.

*An qui omisit ex malitia opera præscripta in Iubilæo, possit vltimo die illud lucrari, & dicta opera à Confessario commutari?*

*Et an Confessarius penitenti, qui visitauit Ecclesiam statuit diebus, & die Sabbato confiteatur, si ad iustam causam, possit differre absolutionem, & communionem vltra tempus in Bulla statutum, per aliquos hebdomadas, & adducuntur duo casus in textu huius Resolutionis pro praxi huius quæstionis? Ex p. 3. tr. 12. Ref. 16.*

§. 1. **N**egatiuè respondet Io. Præpositus, indignis Theologus Societatis Iesu, *in 3. p. D. Th. q. 14. de Indulg. dub. 10. n. 88.* vbi sic ait. Aduerte quòd quando dicitur præscripta opera posse mutari in alia, respectu eius, qui detinetur impedimento, non possunt mutari respectu illius, qui carens iusto impedimento neglexit præstare opera præscripta, qui enim negligit voluntarie implere condiciones requisitas, moraliter loquendo non potest dici detentus impedimento, neque Pontifex per talem particulam censetur velle per Confessarium tali posse succurri. Confirmatur, in Bullis communiter exprimentur aliqua, que sunt necessaria impedimenta, vt carcer, clausura, & similia, ergo postmodum sub clausula generali intelliguntur similia iusta impedimenta. Ex quo sequitur quòd talis differens confessionem vsque ad vltimum dicim, &c. non sit capax promerendæ Indulgentiæ, & quòd Confessarius in tali circumstantia non possit illum absolere à talibus referuatis, vel mutare eius vota ex potestate sibi concessa in Iubilæo. Ita Præpositus, satis quidem rigide.

2. Vnde sententiam affirmatiuam ego olim tenui, & nunc iterum teneo. Dico igitur quòd facultas commutandi opera Iubilæi se extendit ad præterita opera, non solum ob legitimam causam ægritudinis, impotentiam, &c. sed etiam ex malitia omissa. Vnde hanc commutationem fieri posse die Dominico secundæ hebdomadæ, tradit Filliucius *tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 268. & 273.* Pollach, de Iubilæo *sect. 42. n. 65. & 66.* Alphonsus Leo de Iubilæo *p. 2. n. 186.* Sanctarellus de Iubilæo, c. 7. *dub. 1.* & alij asserentes posse Confessarium cum tali penitente dispensare, sicut infirmo, nam quamuis ex sua malitia